



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. An in testamento ad pias causas testes debeant esse rogat? Et an in
testamentum ad pias causas requiratur rescriptio testium? Et an si
testator ipse suam voluntatem ad pias causas scripsit in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

nas in Testamentis ad pias causas non sufficere, sed Alexander, & Castrus penes Tuschum, 10. 8. concl. 116. n. 19. tenent contrarium.

RESOL. XXI.

An in testamento ad pias causas testes debeant esse rogari?

Et an in testamento ad pias causas requiratur scriptio testium?

Et si testator ipse suam voluntatem ad pias causas scripserit in schedula, vel scribi fecerit, deinde vocavit duos testes, & coram eis dixit se disponere de bonis suis, ut in schedula, schedulam autem testibus non legit sustineatur, ut testamentum ad pias causas?

Et an in testamento ad pias causas factio non requiratur, ut probeatur testes esse idoneos, sed ut tales sint presumatur?

Et an opus sit uniuersos testes toto ordinationis actu adfuisse, vel quibusdam ante finem ordinationis descendentibus alij ipsorum in loco subrogari possint: Ex p. 7. tr. 6. Ref. 18. alias 17.

§. 1. R Espondeo negatiue. Et ita docet Ciarlinus contr. Fo. conf. cap. 21. num. 6. Ioann. Andreas, Antonius de Butt, Abbas, Imol. & Did. in cap. Relat. el. 1. exir. de testam. Bart. in l. 1. n. 76. & ibi Bald. in fin. C. de SS. Eccles. Paul. Castrensi. conf. 175. & 127. vol. 1. Corn. conf. 278. volum. 1. Couar. in d. cap. Relat. el. 1. num. 6. Tiraq. de pia caus. prinleg. 3. Eman. Costa in c. si Pater verb. in no testam. numer. 9. de testam. Grass. 8. Test. 7. n. 1. Euerard. lun. conf. 27. n. 52. vol. 1. Dissertunt tamen Barbat. in c. Relat. el. 1. exir. de test. Boer. dec. 34. Roman. in Auth. similiter in 11. special. C. ad leg. Falcid.

2. Sed nostram sententiam tenet præter DD. citatos Fagundez de iust. lib. 6. c. 3. n. 23. Hatprechtus in iust. tom. 2. tit. de test. ord. §. sed cum paulatin. n. 41. Thom. Maulius, 1. de ult. volum. l. 1. tit. 12. num. 8. Hunnius in Encyclopaedia iuris part. 4. tit. 3. c. 2. n. 8. Reusnerus 17. de test. part. 4. c. 12. n. 3. Gilckenius in l. 1. n. 11. C. de Sac. or. Eccles. & quiddam in contrarium etiam asserat Valquius de success. §. 13. n. 56. & Didac. Spino in specul. test. Gloss. prin. 3. n. 10. & 45.

3. Notandum est etiam hic obiter. Primò cum Hunnio in Encyclopaedia iur. nar. 4. tit. 3. c. 2. n. 5. Valquid de success. §. 14. n. 80. & Reusnero de test. p. 4. c. 12. n. 6. quod in testamento ad pias causas non requiritur scriptio testium.

4. Notandum secundò, quòd si testator, vel ipse suam voluntatem ad pias causas scripsit in schedula, vel facit scribi, deinde vocauit duos testes, & coram eis dixit, se disponere de bonis suis, ut in schedula, schedulam autem testibus non legit, sustinetur ut testamentum ad pias causas. Dyn. in l. Lucius ff. de test. mil. & est communis Dec. conf. 150. post n. 3. Artet. in l. si is, vers. in primo casu. ff. de test. Boer. dec. 93. post n. 10. & dec. 240. n. 5. Clar. §. test. q. 7. n. 3. Alex. consil. 114. n. 7. vol. 7. Cephal. conf. 99. n. 3. Fern. Valq. de success. creat. §. 22. n. 6. ver. quid dicendum, Grass. §. testam. q. 10. num. 3.

5. Notandum tertio, in testamento ad pias causas factio non requiritur ut probeatur testes adhibitos esse idoneos, sed quòd tales sint presumatur: Ita Mantica de coniect. lib. 6. tit. 3. n. 10. Neque opus est uniuersos testes toti ordinationis actu adfuisse, sed quibusdam ante finem ordinationis descendentibus, alij ipsorum locum subrogari possunt. Ita Valquius de success. §. 14. n. 55. Et hæc omnia docet etiam Hunnius in Encyclopaedia iur. p. 4. tit. 3. c. 2. n. 10. & 12.

RESOL. XXII.

In quibus casibus valet testamentum inter liberos, valeat & testamentum ad pias causas? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 34. alias 33.

§. 1. N egatiue respondet Conradus Rittershufius in Differentiis Civilis & Canonici lib. 4. cap. 2. vbi sic ait: Excipiunt testamentum ad pias causas, quod volunt non tantum in foro Ecclesiastico, sed etiam civili valere, & firmum esse, etiam si tantum duos testes habeat, etiam fortuitos, & non rogatos etiam feminas, non masculos: etiam si non adfuerit Presbyter parochianus. Huic enim testamento ad pias causas tribuunt DD. eadem priuilegia quæ sunt concessa testamento inter liberos: quod tamen nullo textu probant vel civilis, vel canonici iuris. Et si eadem competere hinc priuilegia, tum valeret etiam schedula quævis manu testatoris scripta reperia, nec coram testibus publicata, continens dispositionem aliquam ad pias causas. Quod si Iustinus Religiosissimus Princeps, & qui piis causis semper maximopere fauet, hoc voluisset, ut in iis idem valeret quod in testamento inter liberos, profectò rem tanti momenti de piis causis reperias. Erubescamus igitur hinc nos quoque sine lege loqui. Ita Rittershufius.

2. Sed iste Auctor malè olet, idèd ne delectas affirmatiuæ sententiæ adherere quam tuetur Tusch, 10. 8. concl. 116. n. 6. Emericus à Rosbach. de Comparatione iuris Civilis & Canonici lib. 2. tit. 4. n. 6. Vnde Hunnius in Encyclopaedia iuris part. 4. tit. 3. cap. 3. n. 3. rectè asseruit, quibus casibus valet Testamentum Patris inter liberos, iisdem quoque casibus valere Testamentum ad pias causas factum.

RESOL. XXIII.

An si constet heredi testatorum reliquisse aliquid ad pias causas, teneatur illud soluere, licet in vice solum in foro conscientie?

Et si post mortem testatoris producatur schedula à Confessario continens legata ad pias causas, quam testator scripsit, antequam decederet, an debeat pro vltima voluntate & legitima haberi?

Et aliqua alia circa hoc pro Confessario, schedula testatoris, & testibus inferuntur, & explanantur. Ex p. 7. tr. 6. Ref. 19. alias 18.

§. 1. R Espondeo quòd si heredi satis constet de voluntate testatoris quòd reliquerit aliquid ad piam causam, licet voce solum, & ita, ut in foro externo probari non possit, in conscientie foro obligabitur ita præstare, cum in conscientie foro de eo quod constat, necessaria non sit alia probatio. Ita docet Fagund. de iust. lib. 6. cap. 3. num. 2. Dicastill. de iust. l. 2. tr. 19. disp. 1. d. 10. n. 117. Layman. l. 3. tr. 5. c. 2. num. 5. Vnde colligitur eum qui aliquid occultè accepit à testatore, ut id post mortem ipsius expenderet ad pias causas, vel ut sibi tanquam pauper retineret, posse id retinere etiam si nullus sit testis, aut scriptura: (teneretur tamen id expendere eo modo sibi præscripto) nisi forte esset periculum, ut ab aliis haberetur tanquam fur, vel in foro externo cogendus esset tantundem soluere de suo.

2. Et ex his Layman ubi supra resoluit quendam casum hoc pacto Parochus quidam post mortem Parochiani sui, producit schedulam, continentem legata quædam ad pias causas, quam hominem illum, fecerit vlt.

Sup. hoc supra in Ref. 18. §. vlt. ad medium vers. quarto & infra in Ref. 17. §. 1. & signantur prope finem, & vide doctrinam Ref. 17. à principio, & signantur §. 2. à principio. Quoad hoc lege doctrinam §. hinc Ref. 1. not. præterea in principio ex prope finem, vers. ideo de finas. & ex Ref. 2. §. vlt. ante medium, vers. vide, & infra ex Ref. 34. §. vlt. & ex Ref. 100. §. etiam fecerit vlt.